



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 28. Franciscus Pacecus Cardinalis mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](#)

tesimo sexagesimo quinto purpura de- **Sæcul. XVI.**
corari mereretur, sub Gregorio autem **A.C. 1579.**
decimo tertio Meritianæ, Latique le-
gatione functus est, ac demum præfuit
Episcopus Ecclesiæ Anagninæ, Albin-
timiliensi, Lunensi, seu Zarzanensi,
cujus Ecclesiæ Sedes olim Lunæ erat,
postquam vero postremam hanc Eccle-
siam per quatuordecim annos rexerat,
anno ætatis suæ sexagesimo secundo
vivis eruptus, in Ecclesia sancti Gre-
gorii sepultus est.

§. XXVIII.

*Franciscus Pacecus Cardinalis
mortuus.*

Hujus Purpurati mortem paulopost **Ciac. p. 938.**
sequebatur obitus Francisci Paceci, **Gabut. in**
qui vulgo Cerralus dictus ex Joanne **vita Pii V.**
Paceco Viro meritis, ac amplissima au- **Aubery de**
ctoritate claro natus est, atque in exigua **Card. Vi-**
Hispaniæ urbe, quæ civitas Roderici **Zorel ad**
inter Castellæ veteris, & Lusitaniæ fi- **Ciacon.**
nes sita dicitur, primam lucem aspexit,
dein vero in Italiam cum Petro Cardi-
nale Paceco patruo suo, sedente Paulo
IV. Pontifice se contulit, atque a Ferdi-
nando Toletano Albæ Duce, tunc Neapo-
litani regni, atque Italiæ Vicario, ob bel-
lum circa res Palliani inter Papam, &
Hispaniæ Regem exortum in Hispaniam
mittebatur: inde autem cum Romam

Mm 4 ve-

Sæcul. XVI.
A C 1579.

venisset, negato a Pontifice alloquio
Neapolim revocatur, qua in urbe com-
moratus est usque ad Pontificatum
Pii IV., qui Franciscum anno Redem-
ptionis nostræ millesimo quingentesimo
sexagesimo primo S. R. E. Presby-
terum Cardinalem titulo primitus
S. Susannæ, & mox S. Pudentianæ,
alias *Pastoris* renuntiavit: porro paulo-
post protectionem Hispaniæ Regnorum
suscepit, & defuncto Cardinale Francisco
ubi dein Mendoza Burgensis Ecclesiæ
administrator evasit, quæ in ipsius gra-
tiam Archiepiscopali dignitate aucta est,
& in Synodo Burgensi ab ipso celebrata
anno Salutis millesimo quingentesimo
septuagesimo quinto statutum edidit,
quo colentibus diem immaculatæ Vir-
ginis Conceptioni sacrum indulgentias
concessit amplissimas. Ceterum quin-
que jam antea annis a Philippo II. Rege,
ut sacrum fœdus cum Pio V., & Vene-
tis contra Turcas iniret, tanquam Pro-
curator regius nominabatur, postea au-
tem ab eodem Pontifice ad titulum
S. Crucis translatus, unus ex supremis
hæreticæ pravitatis Inquisitoribus de-
ligitur, interfuitque Comitiis habitis
pro electione Romanorum Pontificum,
Pii V. & Gregorii decimi tertii, sub
cujus Pontificatu Pacebus in Hispaniam
reversus, ibidem hoc anno die vige-
fima

sima tertia Augusti Burgis morte præ-
ventus obiit vulgo dictus Cardinalis
Burgenis.

Sæcul. XVI.

A.C. 1579.

§. XXIX.

Epistola Pastoralis sancti Caroli Bor- romæi ad suum gregem contra Bachanaliorum abusus.

Interea sanctus Borromæus Cardinalis *Giuffan. vit.*
semper solito, ac continuato studio *S. Caroli*
suorum Diæcesanorum salutem promo- *l. 5. c. 7.*
vere adlaborabat, insuperhabit om- *Godeau ib.*
nibus, continuaque obstaculis, quæ *l. I. c. 24.*
a Gubernatore sibi opponi experieba-
tur: acrius autem illum idem vexabat
ineunte hoc anno Domini millesimo
quingentesimo septuagesimo nono, dum
omnes sæculi genio indulgentes ad pro-
fanas delicias Bachanaliorum tempore
consuetas fese accingebant; Guberna-
tor enim festivos ludos, larvarum usum,
ludricas decurSIONES, & pugnas eque-
stres fieri decernebat, sanctus autem
hic Præsul ejusmodi spectacula veræ
pietati vel maxime adversa esse probe-
gnarus, ut ea exhiberi præpediret, pri-
mo omnes lenitatis vias tentabat, prius-
quam ad minas, censurasque progredi
cogeretur, hinc die vigesima secunda
Februarii Pastoralem vulgavit episto-
lam, in qua exposuerat, quantum ejus-
modi publicæ dissolutiones periculose,

Mm 5 vero-